

Franckesche Stiftungen zu Halle

Conspectus Chirurgiæ Tam Medicæ, Methodo Stahlina Conscriptæ

Juncker, Johann

Halæ, MDCCLVII.

VD18 90812107

Tabula XXII. De Reliquis Glandularum Tumoribus.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permission requests please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-197684-

quod *ignis* plus penetret & curet, quam *ferrum*, præcipue in ejusmodi fermentiscentibus & putrilaginosis materiis.

9. Præctici & Chirurghi dehortantur, ne post sectionem tumorum pestilentialium, uti & scirrhorum cancroforum *hæmorrhagia* statim cohibeatur, ut directio materiæ ad hanc partem exitum nanciscatur, & illud, quod spissius est, una extrudatur.
10. *Stabilius* in hisce casibus commendat, ut *per initium* essentia *myrrhæ*, & deinde *spiritus vini rectificatissimus* infundatur. Nam essentia *myrrhæ*, licet cum optimo spiritu vini, qui per se fluxum sanguinis cohibet, paretur, hæmorrhagiam tamen non sistit, sed sanguinem magis liquat, adeo ut vulneribus, in quibus sanguis non sufficienter fluit, infusa largum hæmorrhagiæ fluxum provocet.
11. Præterea essentia *myrrhæ*, statim post talem *sectionem* infusa, cohibet corruptionem putredinosam, a bubonibus pestilentibus metuendam; *spiritus* autem *vini rectificatissimus*, postea infusus, fluxum sanguinis, quantum ullum aliud medicamentum, sistit.
12. *Vasa majora*, quæ in regione inguinali reperiuntur, multam sane circumspeditionem ab illis requirunt, qui bubones sectione extirpare conantur.
13. In glandulis sub *auribus* sectio vix svadenda est propter ramificationes *carotidum* & *axillarium* vasorum. Ad minimum, si aliquid fieri debeat, circumspèctissime fiat, neesse est.

TABULA XXII.

DE

RELIQUIS GLANDULARUM
TUMORIBUS.

I. DIFFERENTIA.

1. Præter tumores glandulosos, quos præcedentibus tabulis pertractavimus, occurrunt alii adhuc in iisdem glandularum partibus, qui peculiarem non habent denominationem.

V 2

2. Sic

2. Sic dantur tumores sub glandulis *axillaribus*, qui in magnam saepe molem excrescunt, & præ aliis talibus facilius sunt tractationis, præcipue autem ad maturationem citius, quam alii, perducuntur.
3. Mentio etiam injicienda est tumorum illorum satis familiarium, qui juniore præcipue ætate circa glandulas e. g. colli, post *retropulsa* ulcera, e. g. achores, scabiem, eveniunt.
4. Præ omnibus autem tumores *mammarum* adhuc nominandi veniunt, quorum interdum plures mammam simul infestant, & insignem subinde duritiem offerunt, symptomata etiam dolorifica exhibent. Distinguendi autem sunt a *scirrbo* *mammarum sanguineo*, seu *cancro occulto*, qui peioris est indolis, & stasin *sanguineam* pro fundamento habet, quemadmodum communes alii tumores *mammarum* stasin *lactis* foveant. Licet non negandum sit, quod hi, utcumque simplices *mammarum* tumores, non raro in ulcerationes cancerosas, accedente imprimis perversa arte, transmigrant.

V. PROGNOSIS ET CAUSSE.

1. Tumores, qui ex *ulceribus retropulsis* proveniunt, quando partes glandulosas occupant, satis pertinaciter segerunt. Quemadmodum enim natura motibus talibus expulsivo - congestoriis materiam noxiam retropulsam a partibus vitalibus distingere intendit, & continuo per motus tales congestorios ad talia loca, particulariter selecta, appellit, ita facile comprehendi potest, quod horum tumorum discussio non ita facile & prompte succedat, nisi intentioni naturæ alia conveniente ratione satisfactum sit.
2. Tumores *mammarum*, quamdiu recentes & hinc molles adhuc sunt, atque lac in illis mobile est, facilius discussionem admittunt, quam si lac coagulatum vel in plenariam stasin deductum sit. Quando profundi sunt, facile abeunt in corruptionem ulcerosam. Deficiente mensium fluxu, & accedente sanguinis ad mammas congestione, status fit periculosior, & facile inflammationes proveniunt. Verbo: *cancer* metuendus est *occultus*, & denique *apertus*. Animi pathemata uti stasin lactis inducunt, ita malum hoc quam notabiliter exasperant. Ablactatio his *mammarum* tumoribus sæpius ansam præbet, id quod per vulgus notum est.

III. METHODUS MEDENDI ET REMEDIA.

1. Methodus, hos tumores tractandi, generatim convenit cum illa, quam præcedentibus duabus tabulis indicavimus.
2. Speciatim autem adhuc notare convenit, quod *flores sulphuris* ad duo grana pro dosi reliquis medicamentis adjici queant, si tumores a *retropulsis ulceribus* dependeant; nisi quidem peculiaris subjecti sensibilitas, nimia siccitas, vel alia morbida constitutio obster.
3. Quando autem hac ratione scopus non obtinetur, *blanda salivatio*, de qua prioribus tabulis nonnihil jam diximus, usu venire potest in refractariis tabulis & duris tumoribus.
4. De tumoribus *mammarum* speciatim monere conducit, quod, quo magis commotiones inflammatoriæ concurrunt, eo magis temperantia, absorbentia citrata, nitrosa & salia digestiva reliquis *internis* combinanda sint. *Externe* autem in talibus tumoribus inflammatoriis discutientia camphorata crocata tanto magis commendantur, admixtis moderate reprimentibus. Friccio *mammarum*, & lactis placida emulsio ad discussionem etiam faciunt, observata hac cautela, ut quotidie minore quantitate lac exsugatur.
5. Quando autem discussio non habet locum, suppuratio & apertio promovenda, & hæc quidem interdum per actualem incisionem; ambitus autem per camphorata defendendus est.

IV. CAUTELÆ ET OBSERVATIONES PRACTICÆ.

1. Quoniam *retropulsio* achorum, scabiei & aliorum ulcusculorum admodum familiaris est, & non solum pertinaces tumores, modo descriptos, sed etiam plurima prothea symptomata & pertinacissimos anomalos motus, modo versus exteriora, modo versus interiora collectos & directos invitat, quam maxime cavendum est, ne per muliercularum querelas in devia ducamur, & ulcerantibus affectibus infantilibus atque puerilibus per nuda *repellentia* & *exsiccantia* occurramus.
2. *Mammarum* tumores, ad maturitatem perducti & aperti egregie abstergantur & mundificantur per *succum vel decoctum tabaci*.
3. *Essentia balsamica Stablii*, multa essentia succini imprægnata, intra apostema exiguis guttulis applicata, resistit ulcerationi canerosæ. Facit etiam ad consolidationem, admixta portione balsami *Peruviani* vel *Copaivæ*.